



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Declaratio super secundo genere affinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

laico dictæ diocæ matrimonium per similia verba cōtra-
xit, illudque carnali copula consumauit, dubitat tamen se
præmissorum occasione quominus cum præfato Io. in hu-
iusmodi matrimonio licitè remanere possit. Super quibus
p nos sibi opportunè puideri humiliter supplicauit. Quo
circa &c vocatis &c. & inquisita per te super præmissis di-
ligentius veritate, rē ipsam repereris ita esse prout superius
enarratur, dictum primum matrimonium inter B. & D.
præfatos contractum, nullum, & secundum inter eisdem
Io. & D. contractum, alio canonico non obstante, validū
fuisse autoritate nostra denuncies, prout iuxta casus huius-
modi successum fuerit de iure faciendum &c.

Declaratio super secundo genere affinitatis.

D I L. filius Ia. B. laicus, & dilect N in Christo filia, eius
in præsentiarum vxor, coniuges proponi fecerunt co-
ram nobis, quòd licet ipsi olim nullo eis canonico obstan-
te impedimento matrimonium inter se per verba de præ-
senti contraxissent, illudque carnali copula consummas-
sent: quia tamen certa prima Iacobi vxor, & certus Mariæ
prædictorum primus maritus dum viuerent tertio con san-
guinitatis gradu inuicem coniuncti erant, dubitant præ-
dicti coniuges indebitè impediri, seu aliàs in eorum statu,
& fama præmissorum occasione dispendiis affici, super q-
bus per nos opportunè eis prouideri humiliter supplicat.
Quo circa &c. Si vocatis, qui fuerint euocandi, & inquisi-
ta per te super præmissis diligentius veritate, rem ipsam re-
pereris ita esse, prout superius enarratur, autoritate nostra
nuncies matrimoniū prædictū, alio non obstante canoni-
co, validum fuisse, & esse, in illoque eisdem coniuges lici-
tè remanere posse, prout iuxta casus huiusmodi successum
fuerit, de iure faciendum. Dat.

*Declaratoria super proponente seu vouente ingredi, & infra
tempus exeunte, non tamen vouente perseuerare.*

D I L. filius Crispinus clericus &c. cū nimio ex qua-
dam eius infirmitate fuisset mortis pauore concussus,
si eum